

Mythologia, Padoue, 1616 - 08 : Ops sur son char

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 30 : Ops sur son char](#) a pour adaptation ce document

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 30 : Ops sur son char](#) a pour adaptation ce document

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 65 : Rhéa sur son char](#) a pour alternative ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 08 : Ops sur son char, 1616

Consulté le 02/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7727>

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrupaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Pagination

- p. 47
- p. 501

Exposition virtuelle[La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



& sacerdotes instituti, & publicae ceremoniae, & per illorum nomen iurare, & multa alia ad diuinitatem spectantia. Huius ambitionis preclarum habeo testimonium Atre cardem, qui cum Phrygius pastor esset, & inter pascendum matris Deorum laudes cantaret, & ab illa mirifice amaretur, idcirco dicebatur, id Iupiter agere ferens palam quidem occidere ob matris reuerentiam deuitauit, ut aprum per dolum ille dictus est in fabulis intulisse à quo Atres fuit dilaniatus, ut ait Nicædri interpres, qđ est in Alexipharmacis;

ἡ γὰρ ῥῆσις ἡ δὲ φῶς ἡ δὲ φῶς ἡ δὲ φῶς
 ἡ δὲ φῶς ἡ δὲ φῶς ἡ δὲ φῶς ἡ δὲ φῶς

Lobrinæ thalamique, Atque ergastula prisca.
 Quamquam Hermestianæ elegiorum scri-

ptor Atten Calai Phrygis filium ad suscipiendam sobolem inutilem factum ab ipsa Dea scripsit, qui cū adoleuissent, magnæ matris ceremonias in Lidia monstrauit. quare tanto in honore fuisse apud Deam dicitur, ut Iupiter illud grauitè ferens immanem aprum in segetes Lydorum immiserit, à quo & alij Lidorum complures, & ipse Atres fuerit interemptus. fama est præterea Atre in Arborem pinum ab ipsa Dea cōuersum fuisse quare pinus matri Deum fuit consecrata: quam Deam terram quidam putant, quamobrem vestem ex herbis & ramulis arborum texuerunt clauemque tribuerunt, quia clausa sit per hyemem, ac verno tēpore aperiat, & idcirco illi porca prægnante sacrificabatur ut animali fecundo.



At vero quid? non ne maximum ambitionis indicium est, quod scribitur à Lactantio in lib. de falsa religione quod in Olympo monte plerumque verfabatur, omnesque propositis premijs, qui nouum aliquod inuentum humano generi vtile excogitassent, imitabat, ut ad se primum deferrent: cuius ipse inuentor postea creditus est; & idcirco huic, ut multis præterea rerū vtilium inuentoribus, diuini honores sunt habiti. Quod verò in Olympo monte præcipue habitaret, scripsit ita Pindarus in Olympiacis.

Ἀλλ' ὃ πρότερον ἰέας,
 ἰδὼς ἐν Ὀλύμπῳ νέμειν.
 Sed ὃ Saturni filii & Rhæ
 Solum colens Olympi.

Hic quot annos imperauerit, nemo prorsus coniectura assequi potest: quoniam non mortuum esse contendunt antiqui, at quod ad grandiozem ætatem peruenierit, & ad canonicam, facildè ex eo conicere licet, quod scriptum est à Luciano in sacrificijs, quia cum multorum Deorum formam describat, solum Iouem id præcipuum habere.

Thiamē, Rheamē, Themimē, Mæmōphēnē.

Ac Orpheus in hymni Rheam primam omnium à Deo factam fuisse inquit, quem Protogonum appellat, cum ita inquit:

πρώτη δ' ἐστὶ, θυγάτηρ πολυμέρρε πρῶτο γόνου.
O Rhea Protogoni genitrix filia summi.

Quæ cum fuisset postea Saturni uxor creditur, de illa scripsit idem Orpheus:

πάντ' ἄγλαόμορρε, κοῦρου σύλλεκτρε μάκαιρα.

Saturni felix coniux, splendida forma est.

Ex hac idem poeta terram, & mare, & cælum, & ventos, genitos fuisse tradidit quæ Deorum & hominum patens appellata est, ut patet in his carminibus eiusdem Orphei:

μήτερ μιν τε θεῶν, καὶ δὲ θεῶν τῶν ἀνθρώπων
ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ ἑρμῆος εὐρύς τε πεδυν,
καὶ πόντος, πρῶτα τε, φίλῳ δ' ῥομῇ, ἀρόμορρε.

Mater Divorum pariter, materq; virorum:

*Ex te terra patens frugum, cælumq; profundum,
Et mare cum ventis veloci percita cursu.*

Hanc ipsam Iouis fuisse matrem testatur Callimachus ita in hymno in Iouem:

ἐν δ' αὖ σε παῖδά σιν ἴδμι τέκεν, ἧχι μάλιστα
ἔπλεον ὄρος θάλασσαί τε περισκαπέει.

*Nam te in Parrhasia peperit Rhea, sunt ubi colles
Arboribus telli frondosæ.*

Fabulati sunt hanc Deorum matrem à quatuor leonibus in curru vehi solitam, & corona

turriti coronari, cuius manibus sceptrum addiderunt, & sacerdotes tympana atque pulsabant & Corybantes armati circumstabant incedentem, circa quam erant setæ permultæ, quarum mater credita est, ut inquit Lucretius libro tertio:

*Quare magna Deum mater, materq; ferarum,
Et nostri genitrix hac dicta est corporis una.
Hanc veteres Grauni docti cecinerunt poeta
Sedibus in curru biagos agitare leones.*

Hanc Deam primam fuisse crediderunt, quæ vires condiderit, & turres ad defensionem excogitarit, quare ita scripsit Virgilius libro decimo:
*Alma parent Idæa Deum, cui Dindymæ cordi,
Turritigenæq; vires hygieq; ad frons leones.*

Tympanum illi præterea tribuerunt, quod pulsabatur in sacris, & castratis sacerdotibus colebatur cum magno tibarum cornuumque strepitu. Illud autem factum fuit ob Atys memoriam Phrygiæ pueri, qui cum à Rhea amaretur, neque tamen eius desiderio veller satifacere, perpetuam virginitatem se servaturum pollicitus est. At cum eam non servasset, à Rhea in furorem percitus seipsum enitavit, atque sacerdotem illi Dex, cui fidem violaverat, dicavit. Alii dicunt Atys fuisse eius Dex sacerdotem ab illa Dea sacrificiis præfectum illa lege ut perpetuam castitatem servaret sed postea promissi parum memor Sangaridem nympham cō-



pie lit.